

I **E**Xamen Vocabuli Ju-

- ris adeò frequens & obvium est, ut illum, qui prolixâ Commentatione idem prosequi velit, non alias, quam Exscriptoris laudes mereri necessum sit. Originationem ejus
- 2 *vid. ap. Habn. ad Wesenbes. Tit. de J. & J. n. 14. verb. Variè quoq;ve add. L. 1. pr. ff. de J. & J.* Varias ejus acceptiones
- 3 *in L. 11. & 12. ff. d. l. & ap. Habn. d. n. 14. Mejer. Colleg. Argentor. ad d. tit. n. 5. Hugon. Grot. de J. B. & P. L. 1. C. 1. §. 3. 4. & 9.* Quem Grotij locum eleganter explicatum vide apud Dn. *Maurit. de Princip Jur. Publ. German. c. 1. n. 3. seqq.* ubi plura de Juris vocabulo accurrate tradita deprehendes. Divisiones habes in *tot. tit. I. de J. N. G. & C. & ap. Habn. Tr. de Jure Rer. cap. 1. concl. 2 & 9. & C. 2. concl. 18. & seqq.* inter quas nova illa est, quâ utitur Dn. *Eyben Elect. Feudal. cap. 1. §. 1.* dividens Jus in Feudale & Allodiale; non inconvenienter me Judice, quippe ubi res distinctæ sunt, nominibus quoq;ve discerni easdem oportet. *arg l. 7. C. de Codicillis.* Nos illud cum *Grotio d. l. 1. c. 1. §. 4.* definimus hic, qualitatem moralem personæ competentem ad aliquid justè habendum vel agendum. Cui definitioni
- 7 teste *Pufendorf. Elem. Jurispr. Univers. lib. 1. Def. 8. §. 1.* competit divisio, quâ aliud Jus in Re, ad quod ipsa res devincta est, *Habn. de Jur. Rer. c. 2. concl. 13.* aliud ad Rem esse, quod in obligatione consistit *Habn. d. l. c. 1. concl. 10.* dicitur. *L. 19. ff. de damn. infect. l. 30. ff. de Noxal. Action. L. 71. §. pen. & ult. ff. de Legat. 1. L. 3. & 25. ff. de O. & A. Struv. Exerc. 3. §. 87 seqq. Habn. Tr. de Jure Rer. cap. 1. concl. 9. seqq.* cujus utraq;ve species ad scopum nostrum pertinet, cum jus furni non solum, quâ constitutum, sed etiam quâ con-
- stitit